P

Rde in Christo Pater

P. C.

Ternas a Ra Va intra octiduum accepi litteras, quae mirum in modum me recrearunt, et propter argumentum earum, et quod indices sint memoriae meae. Gaudeo vehementer, Reginam Sueciae tandem vidisse Museum Rae Vae, magis vero laetor quod vice altera venerit sponte sua, auguror que reversuram et tertia quartaque vice; si quidem curiositatem suam laudabilem satiare, et rerum omnium causas ac rationes a Ra Va exquirere atque intelligere cogitat. O si mihi vel semel id ipsum perlustrare liceret! Sat enim Ra Va quantopere iis rebus delecter, quas ingenium et artificium Rae Vae commendat. Felicem P. Valentinum, Rae Vae socium, qui tot dignam ante oculos habet contemplandi materiam diligentissimam, qui tam dignam ante oculos habet, ipsius vero prorsus aequalem teriam, meo quidem ingenio inferiorem, ipsius vero prorsus aequalem; Doleo tamen meam sortem, quod nec ab ipso, nec a Ra Va secretarum artium ibidem magna copia contentarum particeps fortassis futurus sim, ob utriusque occupationes varias. Si tamen aliquid aliud videre poterit, ... Sup. Rem Vam ergo detectorque, faciat ut in posterum ... pedilabunt ea pulcherrimarum, nullus dubito, materiam pro Magia mea Universali Naturae et Artis, quam post festa Natalitia compo- nere coepi, et iam in fine quarti Libri versor, nempe in Magia Paras- tatica. Faciam quantum potero in tanta temporis et loci angustia. Dividam eam in tres quatuorve vel tomos, vel partes, in quarum pri- ma, praemissis Prolegomenis ad Magiam Naturalem Universam perti- nentibus, tractabuntur Optica, in secunda Acustica, in reliquis cae- tera omnia quae ad illa reduci non possunt. Sic enim existimo ... Sed de hoc et aliis plura ... Rae Vae nec quam optime vestigiis Rae Vae ... et per se, et per alios. non ... promovere conatus meos, et Mechanica Kircheriana.

Utrumque librum meum, Pantometrum ... Kircherianum, et Mechanicam Hydraulico-pneumaticam, ante futuras nundinas Autumnales in- primendum, et cum utroque catalogo librorum Francofurtensium ... tur pro dictis nundinis. Figurae fere omnes ... iam a ... dem nitidissime a Chalcographo Francofurtensi ... ligno incidi ... fuerunt mihi transmissae. Paucae aliquot, quas ligno incidi ... suerunt satis pulchrae, ob artificis ... peritiam.

Libri Rae Vae quos misit ad tres Electores una cum litteris meis, tandem aliquando, soluta Mani ..., traditi sunt eorum Factoribus seu Agentibus Francofurti degentibus, et sine dubio iam ad ipsos Electores fuerunt missi.

D. Jansonius iterum scribit mihi, quod nihil contulisset meam ... exemplar. Addit, se ... sit de Oedipo emendo, nisi videat ... exemplaria, quae scripsi Ra Va ut ei mitteret. ... quotidie Liburno exemplaria, quae scripsi Ra Va ... a Rmo Praetisponensi, ... ta opera ex duobus exemplaribus ... sed quia Marcus ... mandarem omnia ut Amstelodamum mitterem, id efficere non potui. Tradidi tamen cito et tam diu ... Francofurtensi illud custodem nostrati Bibliopolae, ut ad proximas nundinas Francofurtum secum deferat, et ibidem omnibus Bibliopolis ostendat. Dictus vero Bibliopola, amicus meus maximus, ... operam navet ... ut multa exemplaria ad me mitteret.

... si Ra Va ... exemplaria ... circa Experimentum de vacuo ad me misso. Ago gratias Rae Vae de iudicio suo circa Experimentum de vacuo ad me misso. Exigam id suo tempore ... nostro, qui ... ... pulsato vacuo ... cum P. Cornaeo agit, ... P. ... ... vacuum. Hisce ... Rae Vae Sacrificiis me commendo.

Herbipoli 5 Aprilis 1656.

Rae Vae

Servus in Christo

Casparus Schott.

+

Reuerendo in Christo Patri
Athanasio Kirchero Socie[tatis] IESV

26

Romæ.